



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si  
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas  
Semper Adest**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1645**

§. 4. Multos pios, pie imitatos esse factum Apostolorum Matthiam sorte eligentium: & cur Apostoli Matthiam elegerint sorte?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52306)



Actor. I.  
23.

adolere thus posset, fortitione exploratum est, quem eorum, vno die, quem altero; aut quem manè, quem vespere facere id oporteret. Ita Euangeliū narrat. Quid quòd, cum Iudæ subrogandus esset Apostolus, Apostoli reliqui statuerunt duos, Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est iustus: & Matthiam &c. Et dederunt Sortes eis: & cecidit Sors super Matthiam, & annumeratus est cum undecim Apostolis? Sortibus rem gestam testatur Lucas, vt electionem Matthiæ diuinit<sup>9</sup> prouisam factamq; significet.

§. IV.

*Multos pios, piè imitados esse factum Apostolorum Matthiam Sorte eligentium: & cur Apostoli Matthiam elegerint Sorte?*

Quod Apostoli ausi sunt, fecerunt etiam multi boni Christiani, qui ab Apostolis descenderunt. Quippe nonnulli sanctissimi viri, Dei circa se voluntatem, sacrae Scripturae, diuinique Codicis, veluti fortuita apertione, scrutati sunt; & inuenerunt, quod quæsiuerunt. Plurimi ex alicuius sententiæ auditione, rectè vel ominati sunt, vel vitam instituerunt; vt dubitari non possit, omnino diuinum iudicium intercessisse, sicut, ante



ante Originem & Augustinū, docuit D. Dionysius de Matthiæ electione ita loquens: *De illa sorte diuina, quæ Matthiæ diuinitus obtigit, alij quidam alia sensere, meo iudicio, non rectè: aperiam autem & ipse, quid sentiam. Videtur mihi scriptura sortem apellasse diuini quiddam & præcipui muneris, per quam illi choro sacratissimo insinuaretur, qui esset diuina electione declaratus. Quibus subiungit, ob reuerentiam, permisisse Apostolos, non iudicio suo, sed Deo ipsi electionem. Sunt ergo sortes quædam humana manu proiectæ, sed diuina directæ. Quid multa? Sortes mittuntur in sinum; sed à Domino temperantur, aliquando in hominibus ad certa officia eligendis; aliquando ad frugem meliorem reuocandis; aliquando in asciscendis Diuis tutelaribus, aut alijs negotijs dirigendis.*

## §. V.

*S. Basilius de vitæ duce sollicitus, Euangely de venditione bonorum, velut sortiaria lectione, ad perfectionem directus.*

Verùm videamus etiam conuersionum exempla. S. Basilius de se ipso scribit sequentia: *Ego, cum multum temporis, in vanitate, consumpsissem, & totam fermè inuentutem*

Orig. hō.  
23. in Ios.  
Aug. in  
Psal. 30.  
conc. 2.  
S. Dionys.  
c. 5.  
Eccles.  
hierarch.  
part. 3.

Prou. 16.  
v. vlt.

S. Basil.  
ep. 78. ad  
Eustathium  
Sebasti  
Episc.